



**Biblioteca estense universitaria**

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

[bibliotecaestense.beniculturali.it](http://bibliotecaestense.beniculturali.it)

gamma.z.5.10

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI <CESENA>

Diploma di laurea di Giuseppe Maria Serra da Cesena

Ms., 1696

Img: BEU, 2014



**Terms of use**

Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.

In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.


For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to [b-este.urp@beniculturali.it](mailto:b-este.urp@beniculturali.it).

**Creative Commons License**

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License

<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en>





— ESTENSE • DI—  
— ENA—

579



8.2.5, 10



APP

599









IN  
NOMINE  
DOMINI  
AMEN



obilissima Cæsena Ciuitas, quæ  
inter alias Sacrosanctæ Romanæ  
Ecclesiæ subditas Ciuitates summo  
Pontifici deuotissima, & obsequē-  
tissima perpetuo fuit Per Summum  
in Xpō Patrem, et **Pium IV.**  
Summum Pontificem sub Anno à Natiuitate D.  
N.I.C. 1567 Collegio Doctorum Philosophiæ, et  
Medicinæ, & omnium liberalium artium, et facultatū  
decorata atq; singulari Priuilegio sublimata illos dum  
taxat ad publicam, et eminentem Cathedram summiq;  
Doctoratus, & Magisterij splendidissimam dignita-  
tem



sublimat, erigit, et extollit, quos longo exercitio,  
labore, studio, disciplina, ingenio, summis vigi-  
lyis, omni denique conatu, spreto, ac relictis  
mundi delitijs, se se doctrinae penitus dan-  
tes ipsas sacras, ac penè diuinas liberales artes,  
& sacras Philosophiam et Medicinam scientias  
adeptos laudibus maximis, et verissimis Testi-  
monijs acurate repererit probatissimos, et quos  
sic tamen examinis generalis digne ad id pro-  
mouet, & per concurrentem virtutum copi-  
am, meritorumq; excellentiam itaut taliter pro-  
mouendi apud Principes prudentissimos, re-  
rum publicarum Moderatores, pro eorum  
assistencia ad instituendas bonis, et honestis  
moribus virtutes, nec non ad sananda infir-  
morum corpora, sanaq; conseruanda ceteris  
hominum generib; etiam eius ordinis sin-  
gularib; Privilegijs, laudib; honorib; ac di-  
gnitatum culmine meritissime id quod om-  
nium rerum praecelsissima virtus ex postulat  
ueniunt preferendi. Cum itaq; disertus  
Vir, scientia praeclarus, ingenio acutus, mori-  
bus modestus, atq; omni doctrina praeditus  
Per Ill. et Exc. **D. Ioseph Maria**  
**Serra** Casenatensis in eius florente etate

te in studijs assiduus exercitatus, vigilijs, arti,  
et praeclarae facultati sacrae Philphiae et Medici-  
nae, sollicitam, & virtuosam operam iugiter im-  
pendit, & nauauit, ac aetus scolasticos, tam pu-  
blice quam priuatim gessit conferendo, arguen-  
do, respondendo, & disputando, fuerit legitime  
praesentatus per Ill. et Exc. **D. Franciscu**  
**Caetanum Casini** liberalium Ar-  
tium, ac sacrae Philphiae, ac Medicinae Doctorem  
huius Ciuitatis Casenae Per Ill. et Exc. **D. Ca-**  
**rolo Lana** pariter in dictis facultatib; Do-  
ctori, & dictae Ciuitatis Priori meritissimo eius-  
dem Collegij in eodem Almo Collegio legiti-  
me, et seruatis, seruandis in incerto loco solito  
legitime congregato examinandus, & approbandus  
in praenarrata sacra Philphia, et Medicina, et ob id  
se subiecerit rigoroso examini DD. Doctorum  
d. Collegij ibidem existentium in quoquid exami-  
ne d. Per Ill. & Exc. **D. Ioseph Maria**  
puncta sibi assignata, & sup casib; sibi figuratis in  
ord; recitando, sermonem habendo, argumen-  
tisq; acute, & subtiliter non tam scholastico qua  
Doctoreo, quidem more respondendo, adeo  
docte bene, & diserte se gessit, atq; se habuit ut  
fuerit ab omnib; Exc. DD. d. Collegij Doctori



bus idoneus, atque sufficiens habitus, tentus & re-  
putatus in prefata sacra Philoſophia & arte Medi-  
ca, & ob id a Dominationib; ſuis in eadem facul-  
tate unanimiter, concorditer laudabiliter, pari  
uoto, et nemine penitus atq; penitus discrepante,  
nec hesitantē, prout ſecreto in ſerutinio conſtitit,  
iure, ac benemerito approbatus d. Per Ill. & Exc.  
**D. Ioseph Maria Serra** idcirco prædi-  
ctus Per Ill. & Exc.<sup>us</sup> **D. Carolus Lana** ante-  
cedens consideratis ſcientia, morib; virtutib; pru-  
dentia, dexteritate, & honeſtate, quib; eundem  
**D. Iosephum** Omnipotens decorauit.  
Quemad. in dd. ſuis examiniſ; mirifice pateſe-  
cit auctoritate huius Almi Collegij, & qua fun-  
gitur, nec non conſilio, & aſſenſu omnium D.  
D. Doctorum ibidem existentium præuia in-  
formatione ſuper Relig. & fide Catholica de d.  
**D. Iosepho Mariae** rite, et recte habita,  
factaq; emanata hodierna die coram D. Exc.  
D. Priore, per eundem **Dom. Iosephum**  
**Mariae** ſolemni profeſſione fidei Catholicae  
verbis expreſſis in Bulla ſel. rec. **Pij IV.** edit.  
Romæ idibus Nbris 1564; ut ex rog. mei Can-  
inſti, & alijs ſer. ſer. tam de Iure, quam de Stylo  
præſtitog; per ipſum iuramentū de obseruan-  
dis

Capitulis contentis in Conſtitutione per dd. Me-  
dicos obseruanda ſel. rec. **Pij Papæ IV.** præ-  
fertim a primo uſq; ad ſextum inde promul-  
gata ſub die 11 Maij 1566 eundem **D. Ioseph**  
**Mariam** ut ſupra præſentatum, ac idoneum  
reperitum, ſufficientem, et approbatum dixit,  
pronunciauit, & declarauit Doctorem pariter, &  
Magiſtrum in ſacra Philoſophia & Medicina fecit,  
conſtituit, et creauit dans, atq; tradens ipſi **D.**  
**Iosepho Mariae** tanquam habili, ſufficienti,  
et idoneo ad habendum, tractandum, & exer-  
cendum officium, munus, honorem, et dignitatem  
Doctoratus, & Magiſterij huiusmodi licentiam  
pleniffimam, ac liberam, omnimodamq; autho-  
ritatem, facultatem, et poteſtatem de futuro in  
dd. facultatib; in ſacra Philoſophia, et ſcientia Me-  
dica legendi, gloſandi, docendi, conſulendi, Me-  
dendi, Magiſtralem Cathedram ascendendi  
interpretandi, cæteros, et ſingulos actus doc-  
torcos publice atq; priuatim exercendi hic  
& ubiq; locorum, et terrarum præſentium te-  
nere, et illico ut idem **D. Ioseph Mar-**  
**ia** poſſionem huiusmodi Doctoratus ab om-  
nib; in futurum noſcatur adeptus prædictus  
D. Prior habitum ſuſcipiens, retinensq; vice,  
et



et nominibꝫ prædictorum DD. Doctorum in sa:  
cra Philoſophiæ, et Medicinæ facultate Inſignia  
ipſius Doctoratus eidem **D. Iosepho Ma:**  
**riæ** ut supra luculenta, eleganti, et erudita,  
oratione petenti hæc forma tradidit. Dum pri:  
mo libros clausos, mox et apertos eidem in ma:  
nibꝫ præbuit: 2.º Biretum, siue Diadema Docto:  
rale capiti eiusdem impoſuit: 3.º ipſum annulo  
aureo desponsavit, eiqꝫ pacis osculum Magistra:  
li cum Benedictione feliciter exhibuit, ut idem  
**D. Ioseph Maria** Doctor eximius sic lau:  
reatus felici coronetur in Patria pereum qui Tri:  
nus et Unus regnat per infinita sæculorum sæcu:  
la gloriosus. In quorum omnium, et singulorum fi:  
dem, & testimonium hæc nostras etiam in forma  
Privilegij litteras magno eiusdem Collegij sigillo  
munitas per infrascriptum Notarium, et Cancell:  
dꝫ Collegij fieri, rogari, et publicari iuſſimus, et  
mandavimus currentibꝫ annis Dominiæ Nativi:  
tatis 1696 Ind.º **Innocentio XII** Pon:  
tificæ optimo maximo ſedente. Die vero 4.º No:  
vembris Præſentibꝫ in Palatio Illꝫ DD. Coser:  
vatorum RR. DD. Agostino Chiarucci, et Cri:  
ſtoſaro Sbrighi testibꝫ vocatis, atque rogatis.

*Carolus Lana Not.º. Sig.º. Collegij Præ:*

*Et ego Joannes Dominicus Lepore  
Ordinis Sacerdotum publicus  
et Vani Collegij Excellentissimi  
D.º. Sacerdotum Collegij Cancellarius  
et Not.º. pro universitate Præ:  
senti Collegij subſcripti publicari ac  
authentificari cum signo meo  
Tabellinarius regij  
hæc die 4.º Octobris 1727*







cc. 1 + 5





-R. BIBLIOTECA-



-MO